15. — « Resp. III<sup>o</sup>. Vana observantia, sicut divinatio, est peccatum mortale ex genere suo. Ratio est, tum quia trahit honorem divinum creaturae experitando ab ea quod a solo Deo experitari debet; tum quia nititur pacto cum daemone. Lessius, Bonacina<sup>3</sup> et alii. — Nec potest excusari a mortali ex partite materiae: quia simpliciter et in omni materia, usurpatur cognitio aut virtus Dei propria.

« Aliunde tamen fieri posse, ut non sit mortale, docent autores supra citati (Dub. II, Resp. III): 1<sup>o</sup> ratione ignorantiae, si pactum sit implicitum tantum; 2<sup>o</sup> si non adhibeatur fides, licet timeatur ita esse, vel futurum. — Vide dicta de divinatione [n. 9] « casu 7, et Lessium<sup>4</sup> ».

16. — « Resp. IV<sup>o</sup>. Vana observantia cognosci potest: 1<sup>o</sup>. Ex insufficientia causae adhibitae ad effectum; si nimis nec habeat naturalem virtutem, nec de supernaturali legitime constet. — 2<sup>o</sup>. Ex adjunctione falsae vel vanae circumstantiae; ut v. gr., si flagellatio fieri debeat certa hora, numero, manu, flagro serico; si nomina adhibeantur ignota, vel cha-

« racteres peregrini, verba falsa, vel apocrypha, v. gr. Christum habuisse febres vel spasmum, etc. Item, si ponatur vis in modo scribendi, v. gr. Evangelium S. Joannis, a virgine, oriente sole, etc. — 3<sup>o</sup>. Si effectus statim evanescat, etc. — Delrio<sup>5</sup>, Sanchez<sup>6</sup>.

« Ex dictis resolves:

17. — « 1<sup>o</sup>. *Superstitiosum* est: 1<sup>o</sup>. Sumere aliquam potionem vel bolum, vel quidvis aliud usurpare, ad scientiam aliquam subito acquirendam. — 2<sup>o</sup>. Gestare amuleta, ligaturas et involucra, falsis characteribus consignata, contra vulnera vel subitam mortem, ne possint laedi, vel ne sanguis effluat, vel ad ciliandam invisibilitatem, impenetrabilitatem, amorem, fortunam, nocumenta et maleficia. — 3<sup>o</sup>. Ex casu fortuito conjugere eventu, v. gr. sibi aliquid boni vel mali eventurum: ut si mane egrediens pedem offendat, ideoque domum regrediatur, timens aliquid infausti. — 4<sup>o</sup>. Dies aliquos habere, tamquam fastos, alias vero infaustos; ideoque negotium omittere, v. gr. die Veneris nolle ungues praescindere. — 5<sup>o</sup>. Feminarum carminaticum benedictiones et preces ad morbum depellendum adhibere. — 6<sup>o</sup>. Projicere statuam alicujus Sancti in flumen, ut pluat. — 7<sup>o</sup>. Si putentur Missae non prodesse defunctis, nisi legantur septem, cum septem certi coloris candelis et septem eleemosynis. — 8<sup>o</sup>. Si unguento armario, quo gladius inungitur, absens curetur. — 9<sup>o</sup>. Si certo festo, v. gr. S. Joannis, certae adhibeantur orationes, vel festo S. Mathiae hederae folia aquis imponantur, ut cognoscatur cui debeant nubere. — 10<sup>o</sup>. Si quibusdam precibus, imaginibus, aut characteribus, aut crucibus tribuatur certa et infallibilis vis, v. gr. evadendi ab hoste, expellendi morbos, non moriendi sine via confessione, non incidendi in infundum, etc. Aliud tamen est, ea per orationes petere ac sperare — Delrio<sup>7</sup>, Suarez<sup>8</sup>, Lessius<sup>9</sup>, Sanchez<sup>10</sup>, Filliucci<sup>11</sup>.

Casus va-nae obser-vantiae.

<sup>1</sup> Decal., lib. 2, cap. 40, n. 11. — <sup>2</sup> Tr. 24, n. 157. — Less., lib. 2, cap. 43, num. 62, 64 et 66. — <sup>3</sup> Disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praec. Decal., qu. 5, punct. 4, n. 23. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 66 et 53. — <sup>5</sup> Lib. 2, qu. 5; et qu. 8, v. Porro praestigatorii.

<sup>6</sup> Loc. cit., n. 9 et 43. — <sup>7</sup> Lib. 3, part. 2, qu. 4, sect. 6 et 7. — <sup>8</sup> De Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 15. — <sup>9</sup> Lib. 2, cap. 43, n. 63 et 65. — <sup>10</sup> Decal., lib. 2, cap. 40, n. 14, 15, 26, 29, 34 et seqq. — <sup>11</sup> Tr. 24, n. 150.

Casus non superstitio-si.

« 2<sup>o</sup>. *Superstitiosum non est*: 1<sup>o</sup>. Observare lunam aut tempora aptiora colligendis herbis (v. gr. die S. Joannis Baptiste), purgandis corporibus, caedendis arboribus, etc. — 2<sup>o</sup>. Verba sacrae Scripturae, vel reliquias gestare ad Dei tantum honorem, et sine dictis vanitatibus. — 3<sup>o</sup>. Circa templum alicujus certi Sancti ter jumentum circumducere; die alicujus certi Sancti, equis venam secare, etc.: si scilicet haec fiant, ut major devotio excitetur, et effectus Sanctorum meritis adscribatur. Aliud tamen esset, si putarentur tales circumstantiae infallibilis, aut plane necessariae, aut per se efficaces. Vide Navarrum<sup>1</sup>. Addit Laymann ex Cajetano, si homines rudes bona fide, et ex devotione, aliquem ritum ab Ecclesia non receptum observent, aliquando in sua simplicitate relinquendos; cum difficulter abducantur ab eo, quod bona fide a suis majoribus acceperunt. — 4<sup>o</sup>. Nec damnandae quaedam devotiones, quas vocant novendiales (v. gr. novem, vel ad exemplum S. Gregorii, triginta vel alium certum numerum sacrorum celebrare, cum certo numero et magnitudine candelarum, et similia): si fiant in memoriam alicujus mysterii, v. gr. novem mensium, quibus Christus fuit in utero, vel quinque vulnerum, etc. Esset tamen superstitionis, credere eas preces non prodesse in majore vel minore numero. — 5<sup>o</sup>. Multi excusant etiam eos, qui sanant morsus a rabido cane, quod putent illos ad hoc habere

<sup>1</sup> Man., cap. 11, a. n. 35. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 5. — Cajetan., in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 96, art. 4. — <sup>2</sup> Man., cap. 11, n. 36. — Sanch., Decal., lib. 2, cap. 40, n. 17, 27, 32, 33, 37, 40, 41 et 47. — Laym., lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 4 et 5. — <sup>3</sup> Disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praec. Decal., qu. 5, punct. 4, n. 13 et seqq., et n. 20. — <sup>4</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 113. — <sup>5</sup> Ap. Salmant., loc. cit., n. 114. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 115 et 116. — Delrio,

« gratiam gratis datam: et sic tenet Namvarrus<sup>2</sup>. Vide Sanchez, Laymann, Bonacina<sup>3</sup>.

18. — Questio est: *an detur, et sit licita virtus (vocata magia naturalis) in aliquibus, vocatis Salvatores<sup>4</sup>, qui medentur quibusdam morbis signo crucis, aut verbis sacris, aut initiatione?*

Affirmant Azor<sup>5</sup> et alii, apud Salmant.<sup>6</sup>, et dicunt dari hanc virtutem naturalem. Alii<sup>7</sup> dicunt, non dari talem virtutem, neque naturalem, neque gratis datam. — Salmant.<sup>8</sup> tamen cum Delrio, Navarro, Villalobos, Trullench, Palao, Hurtado<sup>9</sup> et aliis; item Sanchez<sup>10</sup>, Suarez<sup>11</sup> et Lessius<sup>12</sup> probabiliter dicunt, dari in aliquibus hanc virtutem, sicuti notum est reges Gallos sanare strumas (ut agnoscat S. Thomas cum Bonifacio VIII<sup>13</sup>), et reges Hispanos sanare scrophias. Hanc virtutem tamen ajunt non esse naturalem (etsi hoc aliquibus gravibus DD. satis probable videtur): nam alias omnes homines ejusdem temperamenti eamdem virtutem haberent; sed esse gratis datum a Deo ad bonum publicum, iuxta Apostolum, I, Cor. XII, 9: *Alii gratia sanitatum, etc.*

Hic autem notandum illud quod inventatur in *Martyrologio Romano* adnotatum sub die 5 Martii, de miraculosa sanatione a morsibus serpentium eorum, qui credentes, januam templi S. Phocae martyris, invocata ipsius intercessione, attigerint: *Antiochiae (verba Martyrologii), natatis S. Phocae martyris, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris passus est*

Quidam habent vir-tutem sa-nandi.

Est gratia gratis data.

Miraculum S. Phocae.

18. — a) *Vel etiam Salvatores.*

b) Azor, part. I, lib. 9, cap. 25, quer. 2, concedit quidem licitum esse usum talis virtutis; negat tamen esse virtutem naturalem, et ait esse donum gratis a Deo datum aliquibus hominibus aut familiis.

c) Thomas Hurtadus male adducitur a Salmant.; nam ipse in suis *Resolut. moral.*, tr. 5, cap. 4, resol. 28, n. 279 et seqq., probat virtutem hanc naturalem esse posse; et solum n. 287, asserit posse a Deo gratis dari, in-

quiens: « Licet non sit omnino certum hanc gratiam esse ordinis naturae, secutam ad constellationem et individuationem; ceterum negare non possumus, quod aliquibus hominibus possit Deus in Ecclesia sua concedere gratiam gratis datum ad sanandum specialem morbum ».

d) Bonifacius VIII, in bulla canonizationis S. Ludovici, *Gloria laus*, 11 Aug. 1297, § 26, hoc tribuit miraculo a sancto rege parato.

*injurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodie quoque populis eo miraculo declaratur, quod si quispiam a serpente morsus fuerit, ut januam basilice martyris credens attigerit, confessim evacuata virtute veneni sanatur.*

Quaedam  
virtutes su-  
perstitio-  
sae.

19. - Bene vero advertunt iidem Salmant., arcendos esse, qui carbones contrectant; qui halitu fornacem tepefaciunt vel hominem occidunt; qui madidi vino, sanant; qui, adstante alio salvatore, virtutem amittunt; qui talem virtutem ab alio discunt; qui dicit talem habere virtutem, quia natus est die festa Parasceves, vel quia est septimus filius (sed in isto, Viva dicit posse dari aliquam virtutem naturalem); qui certis verbis utitur, quibus credit inesse virtutem, cum gratia confertur personae, non autem verbis et signis. — Ita Salmant.<sup>1</sup> cum Suarez, Sanchez, Delrio, Palao, Hurtado<sup>2</sup>, etc.

In dubio  
praesumen-  
da causa na-  
turalis.

20. - Advertunt etiam, quod in dubio praesumendum est aliquis effectus potius provenire a causa naturali, quam a superstitione. Ita Sporer<sup>3</sup> cum S. Augustino<sup>4</sup>, Sanchez, Laymann, Elbel<sup>5</sup>, Croix<sup>6</sup>, et Salmant.<sup>7</sup> cum S. Thoma<sup>8</sup>, qui docet<sup>9</sup>: *Ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debemus eum ut bonum habere, in meliore partem interpretando, quod dubium est.* Recte tamen consultunt auctores citati, tunc praemitti protestationem nolendi effectum, si aliqua superstitione subsit. — Si vero certo probabiliter constet, rem nullam habere vim naturalem ad aliquem effectum, in dubio cen-

Quando-  
praesumen-  
da causa  
diabolica.

Salmant., tr. 21, cap. 11, n. 117. — *Viva*, Decal., qu. 5, art. 3, n. 6. — <sup>1</sup> Loc. cit., n. 117 et 118. — *Suay*, de Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 15, n. 25 et seqq. — *Sanct.*, Decal., lib. 2, cap. 40, n. 47. — *Delrio*, lib. 1, cap. 3, qu. 4, concl. 3, v. *Dico* 4. — *Pal.*, tr. 17, disp. 1, punct. 10, n. 14 et 15. — <sup>2</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 31. — *Sanct.*, loc. cit., n. 44. — *Laym.*, lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 6. — <sup>3</sup> De 1<sup>o</sup> Praec., n. 501. —

19. — <sup>a)</sup> Thomas Hurtadus omnibus dictis consentit, excepto quod negat loc. cit., n. 285, suspectos fieri ex eo quod nimis indulgent vino, vel quod dicant hanc credendi virtutem calore vini juvari; si enim naturalis est, potest hanc dispositionem requirere, ut vivacior ad operandum existat. Secus vero esse dicit, si ipsi virtute divina sanare contendant.

20. — <sup>a)</sup> S. Augustinus probationem propositionis hujus, potius quam ipsam propositionem habet; siquidem, de Civit. Dei, lib. 14,

setur potius provenire a daemone quam a Deo, cum divina promissio de illo non habeatur; ut docent Sanchez<sup>7</sup> cum Germonio<sup>10</sup>, et Sporer<sup>8</sup> cum S. Thoma<sup>9</sup>.

An autem liceat usus pulveris sympathici?

Respondet Elbel<sup>10</sup>, doctores satis communiter negare: quia incredibile videtur, qualitates hujus pulveris in distans habere vim operandi. Unde Elbel censem, hujusmodi usum non facile approbandum; ait tamen, in casu urgenti permitte posse, modo vulneratus non nimium distet v. gr. ultra 300 passus, et modo protestatio praemittatur. Ratio, quia probabile est dari *actionem in distans*. — Caeterum, valde probabiliter mihi videtur hoc esse licitum, si talis pulvis non in magna distantia applicetur. Ducor ex iis quae dicit celeber philosophus Purchotius<sup>11</sup>, ubi sic ait: *Pulvis vitrioli calcinati, qui sympatheticus appellatur, in sanguinem e vulnere recens emissum injectus, ipsi vulneri aliquot passibus remoto mederi, ac sanguinem sistere observatur. Id vero aliter fieri non concipitur, quam per profluvium substantiale, sive per spiritus vitrioli, qui calentibus adhuc sanguinis particulis admixti, ad vulnus, unde expressus est sanguis, ferruntur, et tamquam cunei quidam, aperitos meatus, quibus effluit sanguis, penitus obstruunt.*

Ungere autem in distans gladium adhuc calentem sanguine vulnerati, superstitionem esse ait Croix<sup>12</sup> cum Burghaber, et asserit commune. Sed ex eadem ra-

<sup>4</sup> Lib. 3, part. 1, n. 28. — <sup>5</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 112. — <sup>6</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 60, art. 4. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 44. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 33. — <sup>9</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 96, art. 2. — <sup>10</sup> De 1<sup>o</sup> Praec., n. 516. — <sup>11</sup> Elbel, de 1<sup>o</sup> Praec., n. 516. — <sup>12</sup> Institut philos., tom. 2, part. 1, physic, sect. 5, cap. 11, v. *Primo enim*. — <sup>13</sup> Lib. 3, part. 1, num. 29, cas. 21. — *Burghab.*, Centur. 3, cas. 19.

cap. 24, n. 2, memorat quaedam mirabilia; sed addit ea quandoque viribus naturalibus facta fuisse.

b) S. Thomas hic in genere quaerit: «Utrum dubia sint in meliore partem interpretanda».

c) Gersonii auctoritas adducitur a Sanchez pro sola probatione; et re quidem vera Gersonius, *Opusc. de Absolutione sacram.*, v. *Ultierius ad illud*, negat virtutem supernaturalem quibuscumque rebus esse tribuendam, «nisi hoc trahi possit ex Scriptura sacra vel

Pulvis  
sympathicus  
non fa-  
cile per-  
mitte-  
ndus.

Quando-  
sit licitus.

Unctio  
gladii in di-  
stans.

Adhibere  
signa cru-  
cis, etc.

Colligere  
herbas cer-  
tis diebus.

Circumdu-  
cere equos  
per tempa-  
sanctorum.

Virtus rei  
naturalis  
cognita su-  
perstitione.

tione, ut supra, probabiliter id etiam permittit Sporer<sup>1</sup>. — Adhuc enim in dubio an effectus proveniat a causa naturali, jam diximus, ex communissima DD., superstitionem non esse illum procurare, saltem protestatione praemissa.

Quando autem adhibentur aliqua signa crucis vel tot *Pater*, etc., in dubio an adsit ibi aliqua superstitione, Lessius<sup>2</sup> ea permittit, praemissa expressa protestatione. — Consentunt Sporer<sup>3</sup> et Tamburinius<sup>4</sup>, si urgeat notabilis necessitas.

Damnat vero Sporer<sup>5</sup> cum communis tamquam superstitionem regulariter, certis festis, horis, etc., herbas aut fructus colligere: nisi circumstantia temporis conferat ad herbarum virtutem, ut in vere, aequinoctio, etc. — Damnat etiam Sporer<sup>6</sup>, circumducere equos per tempora sanctorum: nisi exspectetur effectus per merita illorum. Unde ait quod ubi adsit hujusmodi consuetudo, ipsa est abroganda; at si non possit sine offensa populi auferri, saltem ipse docendus est, quo animo id faciendum.

«<sup>7</sup> Non est illicitum uti virtute rei «naturalis, quae per superstitionem cognita est: modo ejus observatio aut operatio non pendeat ab ope daemonis. «Ratio est, quia, licet illa cognitio male parta sit, peccatum tamen transit, neque virtus naturalis ex eo quicquam mali contraxit. — Vide Sanchez<sup>8</sup>, Bo-«nacina<sup>9</sup>, Laymann<sup>10</sup>».

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 32, sub iv. — <sup>2</sup> Lib. 2, cap. 44, n. 46. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 34, sub iii. — <sup>4</sup> Decal., lib. 2, cap. 6, § 1, n. 72. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 82. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 28, sub iv. — <sup>7</sup> Decal., lib. 2, cap. 41, n. 1; et cap. 42, n. 20. Cf. de Matrim., lib. 7, disp. 96, n. 4. — <sup>8</sup> Disp. 8, de 1<sup>o</sup> Praec., qu. 5, art. 4. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 130. — <sup>10</sup> 1<sup>o</sup> p., qu. 117, art. 3, ad 2. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 138. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 135.

revelatione divina; et oppositum credere habet quamdam speciem superstitionis».

d) Laymann, lib. 4, tr. 10, cap. 4, non tractat de hoc casu, quidquid dicat Busenbaum.

21. — <sup>a)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 11, n. 36, de his ita scribit: «Mulieres utentes quibusdam signis et benedictionibus sine superstitione et vanitate, licitis orationibus et exorcismis, obtestantes per passionem Christi, et alia hujusmodi, non peccant mortaliter. Verumtamen horum usus debet illis merito interdicti, quoniam saepissime multa vana et superstitionis intermissione, nisi alias sint personae honestae et prudentes, de quarum vita bona habeatur in populo existimatio; nisi ex hoc aliae sim-

21. — Quid de ensalmis? — Ensalmus dicitur, quia communiter ex verbis psalmorum componitur, et ordinatur ad morbos sanandos. — Si ensalmus est invocativus, scilicet petens salutem a Deo, quin credatur infallibiliter effectus, licitus est. Secus, si sit constitutus, scilicet, si ei tribuatur virtus infallibilis. Ita Salmant.<sup>9</sup> cum Navarro<sup>10</sup>, Azor, Bonacina, S. Antonino<sup>11</sup>, Suarez.

Sane autem illicitum est ensalmus (dicit S. Thomas<sup>10</sup>), si in eo invocetur indirecte daemon, aut nomen inusitatum angelorum, vel si in eo falsa aut vana misseantur, vel adhibeatur certus modus scribendi, proferendi, etc.

22. — An detur *naturalis fascinationis*? Datur fascinatio naturalis. Affirmant Salmant.<sup>11</sup> cum S. Thoma<sup>12</sup>, qui dicit: *Oculi autem inficiunt aerem continuum, usque ad determinatum spatium.* Hinc dicunt Salmant.<sup>13</sup>, quod talis, qui in se experitur hanc pestiferam qualitatem, tenetur abstinere a nimio consortio hominum non necessario, vel oculos declinare. — Dicunt vero Salmant.<sup>14</sup>, contra Azor<sup>15</sup>, superstitionem esse fascinationem vulgarem quae a vulgo creditur, scilicet, quod aspicientes inido animo noceant; et ideo tamquam superstitione vetanda esse oscilla, seu turpicula, quae contra fascinationes imponuntur. Sed si adhibentur adversus fascinationem naturalis, ut supra, nescio cur illa sint tam rigorose damnanda; unde enim certo ap-

punct. 4, n. 6. — <sup>9</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 124 et seq. — <sup>10</sup> Asor, part. 1, lib. 9, cap. 26, quer. 7. — <sup>11</sup> Bonac., loc. cit., n. 15. — <sup>12</sup> Suar., de Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 15, n. 26 et 27. — <sup>13</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 96, art. 4. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 130. — <sup>15</sup> 1<sup>o</sup> p., qu. 117, art. 3, ad 2. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 138. — <sup>17</sup> Loc. cit., n. 135.

plices personae ansam arriperent ad quidam simile faciendum». — Et pariter S. Antoninus, part. 2, tit. 12, cap. 1, § 11: «Colligere tamen medicinalem herbam, inquit, cum Symbolo vel Oratione dominica ex devotione, sine alia superstitione, et ea uti, non reprobatur».

22. — <sup>a)</sup> Azor, part. 1, lib. 9, cap. 25, quer. 1, concedit fascinationis vim naturalem esse posse; et subdit: «Scio medicos aliquos asseverare pugnaciter nullas esse fascinationes; sed tantum vulgi opinione eas credi... Saepe, fateor, nullae sunt fascinationes, sed daemonum malignitate subito vel aer inficitur, aut hominis vel belluae corpus aliqua ex parte maculatur et laeditur».

paret quod dicta oscilla nullam natura-  
liter virtutem habeant ad illud mali-  
gnum effluvium medendum? Consentit  
mihi Sporer<sup>1</sup>, qui (ut supra retulimus)  
accidit, in dubio prudenti, an res applicanda

habeat vim naturalem, quod licite po-  
test adhiberi: cum communissima DD.,  
ex S. Augustino<sup>b</sup>. Tanto magis, quia  
communiter eis certa fides non praes-  
tatur<sup>c</sup>.

## DUBIUM V.

**Quid sit Maleficium, et quomodo possit tolli.**

23. *Quid et quotuplex maleficium.* — 24. *Quae remedia liceat adhibere contra maleficium.*  
— 25. *An liceat petere a malefico parato, ut tollat maleficium cum alio. Et an in*  
*dubio, num sciat modum licitum solvendi.* — 26. *Quid de strigibus.* — 27. *Quam excommunicationem incurvant malefici.* — 28. *Quomodo confessarius se gerere debeat*  
*cum magis et maleficiis.*

Maleficium,  
quid.  
23. — « Resp. I<sup>o</sup>. Maleficium est vis no-  
cendi aliis, ex pacto et cooperatione  
daemonis. Differt a magia, quod haec  
intendat facere mira; illud autem diri-  
gatur ad nocendum. — Toletus<sup>2</sup>, Fil-  
liuccius<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 31. — <sup>2</sup> Lib. 4, cap. 16, n. 3. —

« Resp. II<sup>o</sup>. Maleficium aliud dicitur Quotuplex.  
« amatorium, seu *philtum*, cuius usus  
« est ad carnalem amorem vel odium  
« excitandum, daemone hominis phanta-  
« siam commovente, nihil tamen agente  
« in voluntatem. Unde patet, si maleficio

<sup>3</sup> Tr. 24, n. 181.

<sup>b</sup>) De S. Augustino, cfr. nota a ad n. 20  
supra.

<sup>c</sup>) Pernecessarium erit hic aliqua addere  
ex clarissimo Marc, de Magnetismo, Hypnoti-  
smo et Spiritismo.

I<sup>o</sup>. De MAGNETISMO.

1<sup>o</sup>. Magnetismus nomen habet a quodam  
fluxu magnetico, seu fluido nerveo, qui meare  
supponitur e corpore magnetizantis in cor-  
pus magnetizati, ope variorum gestuum, vel  
etiam solius praesentiae, imo et solius volun-  
tatis magnetizantis. — Ex quo oritur, in tri-  
plici gradu: 1) Status *somni magnetici*, quem  
nec maximus fragor, nec ferri ignisve ulla  
vehementia discutere valet. 2) Status *som-  
nambulismi*, in quo patiens, licet omni sen-  
suus usu destitutus, videt tamen, audit, lo-  
quitur, et respondet ad omnia de quibus in-  
terrogatur. 3) *Luciditas* tanta oculorum et  
mentis, ut magnetizatus, etiam rufus et illi-  
teratus, possit perspicere intima sui alienique  
corporis arcana, arduissimas solvere quae-  
stiones de arte medica vel physiologia, vel-  
atis oculis scripta legere, dictaque et facta ab  
auditu et visu remotissima fideliter enarrare.

2<sup>o</sup>. Congregatio S. OFFICII de his interro-  
gata, die 28 Julii 1847 respondit: « Remoto  
omni errore, sortilegio, explicita aut impli-  
cita daemonis invocatione, usus magnetismi,  
nempe merus actus adhibendi media physica,  
aliunde licita, non est moraliter vetitus: dum  
modo non tendant ad finem illicitum, aut quo-  
modolibet pravum. Applicatio autem princi-  
piorum et mediorum pure physicorum ad res  
et effectus vere supernaturales, ut physice

explicitur, non est nisi deceptio *omnino il-  
licita et haereticalis*».

Decretum autem ejusdem Congregationis  
(4 Aug. 1856), magnetismi usus ea praesertim  
ratione reprobatus est, quia « somnambulismi  
et clarae intuitionis, uti vocant, praestigiis,  
mulierculae illae, gesticulationibus non sem-  
per verecundis abreptae, se invisibilia qua-  
que conspicere effutiunt, ac de ipsa religione  
sermones instituere, animas mortuorum evo-  
care, responsa accipere, ignota ac longinqua  
detegere, aliaque id genus superstitionis exer-  
cere, ausu temerario praesumunt». — Ex quibus  
concludere licet:

1<sup>o</sup>. Magnetismus IN ABSTRACTO, seu in  
primo gradu spectatus, quatenus est merus  
actus adhibendi media physica, aliunde licita,  
ad effectus mere physicos producendos, se-  
cluso omni superstitionis animo et immorali-  
tatis periculo, non est per se prohibitus. Et  
sic *tolerari* posset.

2<sup>o</sup>. Magnetismus spectatus IN CONCRETO,  
seu prout vulgo usurpat, est *illicitus*, tum  
ratione FINIS ob quem solet exerceri: fit enim  
ad occulta detegenda, ad effectus praeternat-  
urales obtinendos: quod est novum divina-  
tionis genus; tum ratione MODI: exercetur  
enim communiter a viris in mulieres, a  
medicis junioribus in juniores pueras. Porro,  
magnetismi lex est, ut inter agentem et pa-  
cientem summa existat sympathia, ac saepe  
vesanus amor cum effraena ad venerea pro-  
pensione, ac motibus turpissimis. Durante  
somno magnetico, persona magnetizata non  
est sui juris, sed tota manet in potestate ma-

habet vim naturalem, quod licite po-  
test adhiberi: cum communissima DD.,  
ex S. Augustino<sup>b</sup>. Tanto magis, quia  
communiter eis certa fides non praes-  
tatur<sup>c</sup>.

Remedia  
maleficii li-  
cita.

« sic infecti labantur, eos vere peccare;  
« quia libertas non aufertur. — Aliud di-  
« citur *veneficum*, quo alicui personae  
« vel ejus bonis damnum infertur. — Fil-  
« liuccius<sup>1</sup>, Azor<sup>a</sup> ».

24. — « Resp. III<sup>o</sup>. Contra maleficia uti  
« licet:

« 1<sup>o</sup>. Remediis petitis ex medicina. » —  
[Plures enim herbae, ut ruta, salvia, etc.,  
contra maleficia naturaliter prosunt: quia

<sup>1</sup> Tr. 24 (cap. 8, quaer. 1), n. 182. — <sup>2</sup> Tr. 21, cap. 11,

virtute naturali corrugant pravos humores, ope daemonis commotos. Non vero  
licet uti virga lupi, pulvere asperso corpori, etc., et similibus, quae naturaliter  
conferre nequeant ad sedandos humores.

— Vide Salmant.<sup>2</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Exorcismis et sacramentis Eccle-  
« siae, peregrinationibus, invocationibus  
« sanctorum, etc.

« 3<sup>o</sup>. Destructione signorum, per quae

n. 143 et seqq.

gnetizantis, qui animae et corporis facultati-  
bus potest abuti, easque ad pessima quaque  
flectere. — Nec desunt alia pericula, nempe  
mortis, dementiae, possessionis, imo ipsius  
mortis, ut experientia constat.

Ergo, in praxi, nisi constet haec omnia  
longe fieri, usus magnetismi (seu Mesmerismi)  
non est permittendus.

II<sup>o</sup>. De HYPNOTISMO.

1<sup>o</sup>. Hypnotismus, recentior magnetismi  
forma, sic definiri potest: Ars producendi  
sommum nervosum, quo hypnotizatus ad hyp-  
notizatoris arbitrium et nutum accommodatus  
res plane singulares et portentosas efficit. In  
earum vero causa assignanda, ipsi hypnotismi  
asseclae maxima implicant haesitatione. Id  
generatim admitti posse videtur: quosdam  
effectus tum quoad substantiam, tum quoad  
modum, procedere ex causa naturali, cum  
viribus naturae respondeant; quosdam oriri  
ex causa dubia, cum de hujus naturali vir-  
te non constet; quosdam vero provenire a  
causa praeternaturali, cum vires naturae certo  
praetergrediantur. Quibus notatis, dicimus:

2<sup>o</sup>. Hypnotismus est regulariter illicitus.  
— Etenim 1) *frequenter est pertimescenda*  
*fraus diabolica*, cum tales habeantur effec-  
tus, quos causa naturalis producere non val-  
let, v. g. ignota lingua loqui, occulta et di-  
stantia patefacere, etc. Quae diaboli interven-  
tio, praeter intentionem agentis saepe evenit,  
atque eo magis debet timeri, quod plures ope  
hypnotismi detrahere miraculis fidemque la-  
befactare student. — 2) *Adversatur commu-  
niter honestati morum*. Hypnotizatus enim  
ita suam libertatem amittit, ut ad omnes hyp-  
notizatoris voluntates, qualescumque illae sint,  
necessario sese accommodet, ejusque jussa  
non solum in hypnosi, sed etiam in vigilia  
et eo tempore quod assignatum fuit, exsequatur.  
Jamvero nefas est homini abdicare se li-  
bero arbitrio quod, non secus ac ipsa vita,  
ad honeste vivendum a Deo datum est. Hyp-  
notismus igitur, sive agens quis sit, sive pa-  
tiens, morum honestati adversatur. — Adde  
hypnotismum communiter a viris in feminas  
ita exerceri, ut turpissime passiones vesanusque  
amor inde vehementer inflammantur. — 3) *No-  
cet plerumque sanitati*, ut complures medici

hypnotizatores experti et confessi sunt, neque  
hoc periculum, si vel ipsi medici hypnoti-  
zandi munus suscipiant, excluditur.

3<sup>o</sup>. Diximus hypnotismum esse *regulari-  
ter illicitum*; nam, ex quorundam opinione,  
non foret damnandus casu (si dari possit) quo  
descripta incommoda non haberet annexa, et  
gravis ratio ejus usum suaderet, v. g. si ner-  
vorum infirmitas, ordinariis remediis frustra  
adhibitis, eo depelli prudenter, medici judi-  
cio, speraretur. — Quo excepto casu, nun-  
quam licet, ne joci quidem causa, hypnotismi  
facere experimenta vel eis assistere, quia ni-  
mia inde mentis et corporis pericula oriuntur.

III<sup>o</sup>. De SPIRITISMO.

1<sup>o</sup>. Spiritismus a magnetismo, veluti pro-  
les a suo parente, procreatus est, et a tertio  
ejus gradu vix differt. — In principio visae  
sunt *mensae* in gyrum versari, dum extre-  
mis circumstantium digitis connexis tange-  
rentur. Mox spiritus ad propositas quaestio-  
nes respondebant, quodam numero *ictuum*  
accommodato ordini alphabeticu litterarum.  
Spiritus percussores postea, *graphide* ad pe-  
dem mensae alligata, responsa scribebant. —  
Ex hinc, ab anno 1852 oracula citius fundunt,  
manu utentes *mediorum* seu personarum,  
quae sunt tamquam intermedia inter spiritus  
et eos qui cum spiritibus, v. g. cum anima  
patris vel matris, communicare volunt.

2<sup>o</sup>. Haec spirituum consultatio est *proرسus  
illicita*, utpote vera divinatio. Impium sane  
et blasphemum foret asserere, bonos spiritus  
intervenire (et Deum permittere ut interve-  
niant) puerilibus hominum ludis, eorum vanae  
voluntati obtemperare, et stultae curiosi-  
tati satisfacere. Id solus facit diabolus, deci-  
piendi et perdendi homines causa. Quinimo,  
haec supersticio est alis pejor; subvertit enim  
dogmata catholica, praesertim dogma de in-  
fernali aeternitate. — Quapropter S. OFFICIJM,  
2 Aprilis 1864, omnia hac de re *scripta* gra-  
vissime proscrispsit.

Nefas quoque est consultationi spirituum  
interesse, etiam sola *curiositatis causa*; pro-  
pterea quod nunquam licet animum in re  
evidenter mala relaxare.

23. — a) Azor de philtis tantummodo lo-  
quitur, part. 1, lib. 9, cap. 26, quaer. 1, quo-

« daemon nocet; absque tamen alio maleficio. Navarrus, et communiter alii ». [Est commune etiam apud Salmant.<sup>1</sup>].

« 4<sup>o</sup>. Si maleficus lito modo potest maleficium tollere, licet eum ad id accersere, rogare, imo etiam pecunia inducere, vel verberibus aut tormentis cogere (non tamen interficere, si nolit). Lugo, Diana<sup>2</sup>. Idque, etiamsi constet eum id facturum per novum maleficium; sicut ex causa licet ab usurario petere mutuum ad usuram. Ratio est, quia, cum habeam jus petendi quod ab illo recte praestari potest, et est indiferens, imputabitur illius malitiae, si id male faciat ». — [Ita Salmant.<sup>3</sup> cum Palao, Suarez, etc., contra Cajetanum]. Vide Sanchez<sup>4</sup>, Filliuccium<sup>5</sup>, Lessium<sup>6</sup>, contra Delrio.

« 5<sup>o</sup>. Licet etiam contrarium signum positivum apponere, ex se tamen honestum: v. gr., si daemon esset pactus cum malefico, se tamdiu nociturum, quamdiu maleficiatus se cruce non sognaret, aut lavaret corpus (nam plerumque fit cum tali aliqua conditione, v. gr. ut tamdiu duret, quamdiu manet aliqua ligatura aut res aliqua certo loco defossa), licebit illi se signare, lavare, etc. Suarez, Lessius<sup>7</sup>. [Ita etiam Elbel<sup>8</sup>, Sal-

*Navar.*, Man., cap. 11, n. 29. — <sup>1</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 158. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 10, n. 162. — <sup>2</sup> Part. 8, tr. 7, resol. 53. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 154. — *Pal.*, tr. 17, disp. 1, punct. 12, n. 4. — *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 2, cap. 18, n. 9 et 10. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 2, tr. 12. — <sup>4</sup> De Matrim., lib. 7, disp. 95, n. 11 et 12. — <sup>5</sup> Tr. 24, n. 192. — <sup>6</sup> Lib. 2, cap. 44, n. 46. — *Delrio*, lib. 6, cap. 2, sect. 1, qu. 2, v. Dico 4, v. f. — *Suar.*, loc. cit., cap. 17, n. 16. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 45. — <sup>8</sup> Confer. 17, n. 532, 535 et seqq. — <sup>9</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 161. — *Sanct.*,

mant.<sup>9</sup>, Sanchez, Palaus, Trullench, etc.]. « Ratio est, quia non est intentio positiva recuperandi sanitatem eo medio, sed tantum tollendi signum, et dissolvendi pactum cum daemone. — Unde ulterius patet, licere repercutere sagam quae te tetigit; ea enim repercutta solet noxa cessare: ut habet Lessius<sup>10</sup> et Sanchez<sup>11</sup>.

« 6<sup>o</sup>. Si maleficus non potest tollere maleficium, nisi per novum, non licet eum ad id inducere; quia id esset inducere ad peccatum, et actui intrinsece malo cooperari. — Suarez<sup>12</sup>, Sanchez<sup>13</sup>, Lessius<sup>14</sup>, etc.

« 7<sup>o</sup>. Si dubitetur an possit sine maleficio novo tollere, non licet ab eo petere; ut habet Laymann<sup>15</sup>, ex Sanchez et Suarez: quia est periculum peccandi. — Facilius autem praesumi potest, eum qui signa posuit, posse ea sine novo maleficio destruere, quam eum qui non posuit. Unde si hic suam operam offerat, prius erit examinandus de modo solvendi. Vide Laymann<sup>16</sup>, Bonacina<sup>17</sup>.

25. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An liceat petere a maleficio parato, ut maleficium cum alio maleficio tollat?*

Affirmant Angelus et Aureolus<sup>18</sup>, apud Salmant.<sup>19</sup>; sicut dicunt etiam licere ad

Remedia illicita.

Petitio maleficium contra maleficium illicitum.

propriam utilitatem petere sacramenta a sacerdote sacrilego. — Sed tenenda est negativa sententia cum Lessio<sup>1</sup>, et Salmant.<sup>2</sup> cum S. Thoma et pluribus. Ratio, quia sacerdos sacrilegus potest ministrare sacramenta non sacrilege. Sed maleficus nequit confidere maleficium sine daemonis cooperatione: quod est intrinsece malum. Nec officit, illum esse ad id paratum; juxta dicta *Lib. II*, n. 47.

Quaeritur 2<sup>o</sup>. *Utrum liceat petere a mago solutionem maleficium, in dubio an sciat vel ne, modum licitum solvendi?*

Certum est licere, si constet quod magus modum licitum non ignorat, etiamsi ille modo illicito sit usurus; quia id suae malitiae imputatur. Ita communiter, cum Busenbaum (ut supra, n. 24, ad 4), Salmant.<sup>3</sup>, et Sporer<sup>4</sup> cum Laymann, Sanchez et Lessio. — Idem dicunt Tamburinius<sup>5</sup>, Sporer<sup>6</sup>, Viva<sup>7</sup> cum Sanchez<sup>8</sup>, Trullench<sup>9</sup>, Filliuccio<sup>10</sup>, et Elbel<sup>11</sup> cum Suarez<sup>12</sup> et Sayro<sup>13</sup>, licere, si sit certo probabile, quod maleficus sciat modum licitum.

Sed quid, *in dubio negativo?* — Censem Tamburinius<sup>9</sup>, et non reprobant Viva<sup>9</sup>, quod aliquando etiam liceat petere; quia non raro praesumitur ex communiter contingentibus, maleficos modum licitum non ignorare. — Sed contradicit sententia communis, quam tenent Sanchez<sup>10</sup>, Lessius<sup>11</sup>,

Illicitum si dubitatur de medio.

<sup>1</sup> Lib. 2, cap. 44, n. 35. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 147. — *S. Thom.*, in 4, dist. 34, art. 3, ad 3. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 151 et seqq. — <sup>4</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 43. — *Laym.*, loc. cit., n. 9. — <sup>5</sup> *Sanct.*, Decal., lib. 2, cap. 41, n. 7. — *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 18, n. 9. — <sup>6</sup> Lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 9. — <sup>7</sup> *Dico III*. — <sup>8</sup> Disp. 3, de 1<sup>o</sup> Praec. Decal., qu. 5, punct. 5, n. 7 et seqq. — *Angel.*, v. Superstitione, n. 18. — <sup>9</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 146.

posito. Primum enim semper peccatum est et illicitum. Secundum vero potest illicitum esse, et sic est in proposito; si inducam maleficium ad pactizandum cum daemone ad maleficium destructionem, non video quod fiat sine gravi peccato; quapropter consulere maleficium, cum hoc modo inducatur ad exercitum actus peccati, omnino puto quod sit illicitum».

<sup>10</sup> Sporer, loc. cit., n. 42, videtur ita tenere, in quantum scilicet excipit dumtaxat casum, quo certo vel probabiliter constet maleficium absque alio novo maleficio solvi non posse, vel dubitetur an solvi possit absque

Viva<sup>12</sup>, Salmant.<sup>13</sup> cum Palao, Laymann, etc. Ratio, quia praesumendum, quod magi non sciant nisi modos illicitos.

Caeterum, si in aliquo casu habeatur justa presumptio, quod maleficus sciat modum licitum solvendi maleficium, puta per ablationem signi, satis probabilis videtur opinio Tamburini; cui tunc non obstaret sententia communis opposita: nam (ut ait Tamburinius) DD. contrarii loquuntur, quando dubium aliter non possit deponi. — Advertunt autem cum Busenbaum Sporer<sup>14</sup>, Viva<sup>15</sup>, et Elbel<sup>16</sup> cum Laymann, Lessio<sup>17</sup> et Delrio, facilius praesumendum, quod sciat solvere maleficium modo licto is qui signa posuit, illa auferrendo, quam aliis qui non posuit.

26. — Hic notandum est, communem esse sententiam cum Salmant.<sup>17</sup>, Suarez, Lessio, Delrio, Palao, Sanchez, etc., adesse striges, quae ope daemonis asportantur de loco in locum corporaliter. Nec obstat can. Episcopi, caus. 26, quaest. 5, ubi prohibetur sub poena excommunicationis, fidem praebere talibus anicularum nenii; nam ibi prohibetur asserere simul, quod ambulent cum Herodiade vel dea Diana. — Vide Elbel<sup>18</sup>, qui asserit cum Delrio et aliis contrariam opinionem (quam tenerunt Lutherus, Melanchton, et quidam catholici, nempe, hoc evenire per meram illusionem et vim phantasiae) esse valde

Nisi adsit justa presumptio.

Striges a sportatae de loco in locum.

<sup>12</sup> Lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 9. — *Tambur.*, Decal., lib. 2, cap. 6, § 2, n. 10. — <sup>13</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 42. — <sup>14</sup> De Praec. Decal., qu. 5, art. 5, n. 3. — <sup>15</sup> Confer. 17, n. 533. — *Laym.*, lib. 4, tr. 10, cap. 4, n. 9. — <sup>16</sup> *Delrio*, lib. 6, cap. 2, sect. 1, qu. 2, v. *Dico* 4. — <sup>17</sup> Tr. 21, cap. 11, n. 171 et 172. — *Suar.*, de Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 16, n. 24. — *Less.*, lib. 2, cap. 44, n. 15. — *Delrio*, lib. 2, qu. 16, v. *Secunda opinio*. — *Pal.*, tr. 17, disp. 1, punct. 12, n. 2. — *Laym.*, v. *De translatione corporali*.

rum virtutem dicit a daemone provenire, quod iste spiritus et humores varie commovere potest, et rerum imagines memoriae impressas permiscere. Quod autem vere peccant illi qui maleficio sic infecti in peccatum labuntur, conclusio est ipsius Busenbaum.

24. — <sup>a</sup>) Sanchez, de Matrim., lib. 7, disp. 95 et 96, non loquitur de sagae repercussione.

<sup>b</sup>) Lessius, quamvis id disertis verbis non habeat, illum tamen a fortiori ita tenere ex hoc liquet, quod, lib. 2, cap. 44, n. 46, haec scribit: « Fas non est a mago petere ut maleficium dissolvat, si dubitas an absque novo maleficio id possit; quia id de quo dubium est, an sine peccato fieri possit, sicut absolute non est faciendum, ita nec absolute ab alio petendum ut faciat ».

25. — <sup>a</sup>) Aureolus citatur quidem a Salmant. (sicut et ab ipso Sanchez) pro hac affirmativa sententia; ipse vero magis videtur adhaerere negativa sententiae, quia, in 4, dist. 34, qu. un., art. 2, ita scribit: « Posito quod maleficium non inveniatur, numquid consulendus esset maleficus de loco ubi esset. Dicunt quidam quod sic; et ratio est, quia, licet inducere ad peccatum sit malum, tamen uti peccato alterius in bonum est quandoque illicitum... Sic dicunt quod si ille velit facere suum maleficium, dato quod peccet faciendo, ego tamen, si utor illo in bonum alterius, puta in evasionem mortis, non videtur peccatum. — Non puto quod hoc sit recte dictum: secus enim est de illo qui inducit ad actum, et securus de illo qui utitur alio existente in actu jam

novo maleficio. — Eodemque modo loquuntur Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 41, n. 12 et 13; Trullench, lib. 1, cap. 10, dub. 13, n. 7; Suarez, de Relig., tr. 3, lib. 2, cap. 18, n. 9.

<sup>c</sup>) Filliuccius, tr. 24, n. 192, dicit licitem esse dissolutionem maleficium petere, a mago « qui novit etiam modo licto solvere ».

<sup>d</sup>) Sayrus, quamvis ab Elbel citatur, hoc tamen, in Clavi, lib. 4, cap. 6, n. 26 et 27, praetermittit.

<sup>e</sup>) Lessius, citatur utique ab Elbel pro hac sententia; sed ipse, loc. cit., n. 46, eam non habet.

perniciosam Ecclesiae; quia conductit ad eximendas hujusmodi lamias a poenis ipsis indictis: quod gravis damni est christianae reipublicae.

27. - Malefici autem incurunt excommunicationem ex can. *Si quis ariolos*, [caus. 26, qu. 5]. Hanc autem Salmant.<sup>1</sup> cum Tabiena et Delrio<sup>a)</sup>, tenent esse latae sententiae; cum in dicto capite dicatur: *Anathema sit*. — At Suarez, Sanchez, Azor<sup>b)</sup>, Lessius, etc., apud Salmant.<sup>2</sup>, tenent esse ferendae sententiae. Et dicunt<sup>c)</sup>, quod verba *anathema sit*, in materia fidei significant haereticum jam ab Ecclesia praecisum; sed in aliis materiis significant separationem tantum faciendam.

Incurrunt etiam excommunicationem bullae *Coenae*, si in iis conjungatur haeresis; vel (ut dicunt Salmant.) vehemens suspicio illius, nempe quando ineunt pactum expressum cum daemone, vel quando miscent res sacras, vel diabolum adorant, vel consulunt de iis quae ipse cognoscere nequit<sup>d)</sup>. Ita Salmant.<sup>3</sup> cum Suarez, Azor, etc. — Sed haec intelligenda, quando adsit error fidei in intellectu; ut ait Sporer<sup>4</sup>. Nam alias non datur haeresis formalis, etiamsi quis expresse exterius fidem neget; ut certum est cum Busenbaum (ut supra, de praecepto Fidei Lib. II, n. 19, ad 1). Et sine haeresi formalis, excommunicatione bullae minime incurritur; ut certum est apud Laymann.

28. - « Quaeres: *Quomodo confessatio agendum cum divinatioribus, magis, etc?* »

« Resp. I<sup>o</sup>. *Examinandi* sunt, praeter quam de variis superstitionibus: 1<sup>o</sup>. Quo fine tali superstitioni se addixerint; v. gr.

<sup>a)</sup> Loc. cit., n. 201. - *Tabiena*, v. *Excommunicatio V*, cas. 4, n. 1. - *Suar.*, loc. cit., cap. 19, n. 3. - *Sanch.*, *Decal.*, lib. 2, cap. 38, n. 91. - *Less.*, lib. 2, cap. 48, n. 29. - <sup>b)</sup> Loc. cit., n. 200. - *Salmant.*, loc. cit., n. 203. - <sup>c)</sup> Loc. cit., n. 203. - *Suar.*, loc. cit., cap. 19, n. 10. - *Azor*, part. 1, lib. 9, cap. 26, qu. 3 et qu. 4. - <sup>d)</sup> Tr. 2, cap. 9, n. 47. - *Laym.*, lib. 2, tr. 1, cap. 14, n. 1. - *Suar.*, de Relig., tr. 3, *Fall.*, loc. cit.

27. - <sup>a)</sup> Delrio, lib. 4, cap. 2, qu. 7, sect. 4, dicit latam esse in clericos excommunicationem propter conatum praedicendi futura auguriis vel sortibus.

<sup>b)</sup> Azor, part. 1, lib. 9, cap. 26, qu. 3, negat quidem latam esse contra istiusmodi maleficos excommunicationem ex can. *Si quis ari-*

« an ratione vehementis passionis, tristiae, vindictae, avaritiae, aut sanctitatis nomen conciliandi: quae esset sacramenta hypocrisis. — 2<sup>o</sup>. De apostasia, idololatria et haeresi. Abnegant enim Christum et Deum; renuntiant sacramentis; habent daemonem pro Deo vel sancto: nec damnatum putant aut miserum, et consequenter illius assecelas non esse damnandos. — 3<sup>o</sup>. De blasphemis in Deum et sanctos; de sacrilegiis: abutuntur enim rebus sacris, ut aqua benedicta, Eucharistia, etc. — 4<sup>o</sup>. De luxuria et commixtione cum daemone. — 5<sup>o</sup>. De damnis proximo illatis. — Suarez, Sanchez, Filiuccius, Bonacina<sup>5</sup>.

« Resp. II<sup>o</sup>. *Monendi* sunt, eos teneri: 1<sup>o</sup>. Pactum expressum, si quod habent cum daemone, aut commercium abjurare et dissolvere. — 2<sup>o</sup>. Libros suos, schedas, ligaturas aliaque instrumenta artis comburere. — 3<sup>o</sup>. Comburere chirographum, si habent. Si vero solus daemon id habeat, non necessario cogendus est ut reddat: quia pactum sufficienter dissolvitur per poenitentiam. — 4<sup>o</sup>. Damna illata resarcire: ad quod proinde etiam tenetur fiscus (ubi veneficorum bona confiscantur); uti et haeredes, si ad eos bona devenant. — Laymann<sup>6</sup>, Suarez<sup>7</sup>, Sanchez<sup>8</sup>, Filiuccius, etc.

De quibus  
monendi.

« Resp. III<sup>o</sup>. A parochis moneri, et a confessariis examinari circa hoc praeceptum potissimum debent: 1<sup>o</sup>. *Opiliones*, qui variis dediti esse solent observationibus, ut gregem suum a lupis, vel scabie, vel aliis incommodis tueantur. —

Quinam  
de supersti-  
tione ex-  
aminandi.

los; sed addit eam latam esse contra eosdem ex quadam Joannis XXII constitutione.

<sup>c)</sup> Scilicet Salmantenses.

<sup>d)</sup> Ubi vehemens tantum haeresis suspicio adest, non incurritur per se excommunicatione nisi in foro externo, et reus ab inquisitoribus puniri potest, ut notant citati auctores.

« 2<sup>o</sup>. *Fabri ferrarii*, qui circa equos sannados utuntur verbis vel ex psalmis vel ex oratione Dominica desumptis. — 3<sup>o</sup>. *Rustici*, qui ad sananda pecora, inanibus et superstitionis observationibus utuntur vel recurrent ad peritos talium vulnerandi; nunquam aqua, igne vel subita morte perituri».